Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

& ueniebat ad eum presbiter & consecrabat ei oblationem ad com
~~munionem~~ municandum. Veniens autem quidam frater
ad senem, accusauit presbiterum. Qui consueuerat ueniens ad agen
da oblationem, scandalizatus senex non aperuit ei ostium.
Et ille discessit. Et subito facta est uox ad solita
rium. Tunc senex factus in extasi uidebat quasi puteum
aureum & situlam auream & funem aureum & aquam ualde
bonam hauriri solummodo & refundi in uas, nec inquina
batur ab eo. Tunc in se reuersus senex intellexit uisionem,
& statim uocauit presbiterum, & fecit eum sicut & prius sanctificare
sibi oblationem.

Quidam senex dixit. Sunt quidam conterentes cor
pora sua in abstinentia, sed quia sine discretione
hec faciunt, longe facti sunt a deo. Quantum
corpus feruet, tantum anima exsiccatur. Et quantum fue
rit corpus exaustum, tantum anima uirescit.

Interrogauit abbas ioseph abbatem pastorem di
cens. Quomodo oportet ieiunare pater? Et dixit ei abbas
pastor. Ego uolo ut cottidie manducans quis
paululum subinde subtrahat sibi ne satietur. Dixit
ei abbas ioseph. Ergo tu quando eras iuuenis, non ieiu
nabas biduanas? Et dixit ei senex. Crede mihi quia &
triduanas, & integram ebdomadam septimanam ieiuna
bam. Sed hec omnia probauerunt magni seniores nostri
& hoc inuenerunt quia bonum est cottidie manduca

Ert